



S. 6. 264

Prüfer: J. L.

J. VI, 887.

~~III~~ ~~IV~~ J. IV. 10

n

SPONSVS SANGVINVM

AD EX. IV. 24. 25. 26.

ET

MANVS SVPER THRONO DEI

AD EX. XVII. 15. 16.

PHILOLOGICE CONSIDERANTVR

ET

P R A E S I D E

VIRO PRAECELLENTISSIMO AMPLISSIMO ATQVE
DOCTISSIMO

DN. CHRISTIANO GODOFREDO HASE

PHILOSOPHIAE LIBERARVMQVE ARTIVM MAGISTRO

CLARISSIMO AMPLISSIMAE FACVLTATIS PHILOSOPHICAE

ADIVNCTO MERITISSIMO

PRAECEPTORE AC FAVTORE OMNI HONORIS CVLTV
PROSEQVENDO

IN REGIA FRIDERICIANA

AD D. XXIX. MARTII CIOIOCCLIII.

PVELICE DEFENDENTVR

AB

AVCTORE RESPONDENTE

IOHANNE SCHIVING

S. S. THEOL. CVLT.

EMBDENA - FRISIO.

HALAE MAGDEBVRGICAE
TYPIS IOANNIS FRIDERICI GRVNERTI.

VIRO PERILLVSTRI EXCELLENTISSIMO
AMPLISSIMO
DOMINO
SEBASTIANO ANTONIO
HOMFELD

POTENTISSIMI BORVSSORVM REGIS CONSILIARIO INTIMO
AC REGII REGIMINIS FRISIAE ORIENTALIS
CANCELLARIO CET.

NEC NOM

VIRIS SVMME VENERANDIS AMPLISSIMIS
DOCTISSIMIS
DOMINO
IOANNI LVDOVICO
LINDHAMMER

POTENTISSIMI BORVSSORVM REGIS A CONSILIIIS SACRIS
ECCLESIARVM SCHOLARVMQVE FRISIAE ORIENTALIS
ET DYNASTIAE HARLINGENSIS
SVPERINTENDENTI GENERALI CET.

DOMINO
ANDRAEAE ARNOLDO
GOSSEL

POTENTISSIMI BORVSSORVM REGIS A CONSILIIIS SACRIS
ECCLESIAE AVRICANAE PASTORI MERITISSEMO CET.

D O M I N O
HIERONYMO BRVKNERO SENI
WITTMVNDANAE ECCLESIAE PASTORI
PRIMARIO CET.

D O M I N O
CHRISTIANO EBERHARDO
SPIESMACHER
WITTMVNDANAE ECCLESIAE PASTORI SECVNDO
MERITISSIMO CET.

PATRONIS ET FAVORIBVS SVIS
SVBMISSO PIETATIS CVLTV AETERNVM COLENDIS
ACADEMICORVM LABORVM
FRVCTVS HOSCE
ET SEMET IPSVM COMMENDAT

A V T O R



§. I.

Dissertationis prima pars circa Ex. IV. 24 — 26. ac ibi repertam inprimis appellationem, per duas voces *סוּסוּסוּ* SPONSVS SANGVINVM expressam, versatur. Illa verodum magni sane momenti est, ponderari omnino meretur. Trium maxime personarum mentio in contextu fit, ad quas referri quodammodo appellatio potest; vnde sententiarum diuersitas hic enascitur. Sequens est verborum in textu ipso constructio: *Et erat in via in diuersorio, et occurrit ei lehouab, ac quaesuit interficere illum. Et sumsit Ziporah lapidem, et amputauit praeputium filii sui, et comiecit in pedes eius et dixit: Certe sponsus sanguinum tu mihi. Et destitit ab illo, tunc dixit: Sponsus sanguinum, quoad circumcisiones.* Sententiarum vulgariarum duae exstant, quae in determinanda persona sponsi sanguinum speciem veritatis praeferunt. Quidam 1) ad ipsum *Mosis filium* iam circumcisum respiciunt, qui sponsus sanguinum vocatus fit. Rabbimorum quidam, ABEN ESRA 1) et KIMCHI 2) hanc ipsam sententiam tuentur, proferentes: morem mulierum fuisse, propter laetitiam eo die nuptiarum gaudiosimilem sponsum vocare circumcisum filium. Quae contra

A

tra

tra hanc sententiam vero pugnant, haec sunt: 1) defectus probationis illiusmodi moris illo tempore solidae; 2) quod talis appellatio, * vt traditur, inepta satis foret; 3) quod contextui repugnet, vt videbitur infra.

1) Sic enim loquitur: מנהג הנשים לקרוא לבן כאשר יומל
 התן *mos mulierum ad vocandum filium. postquam circumcisus est,*
sponsum. 2) putat: כמו שהיו קוראים לאדם ביום חתו: ותאמר על בנה
 התן *sicut vocant* hominem in die nuptiarum suarum sponsum, sic vocantes sunt in-
 fantem die, quo circumciditur ille, sponsum; qui et rationem ad-
 dit, fieri hoc utroque in casu ob gaudii nouitatem. Hoc mo-
 do RABBI SALOMO explicat verba de filio in comm. suo: אתה היית נורא
 ואתה היית נורא *et dixit super filio suo:* אתה היית נורא
 לי לחיות החתן שלי נרצח עליך הורג אישי אתה לי
 in causa, vt sit sponsus qui mihi est, occisus super te, interficiens
 virum meum tu mihi es. Ex qua interpretatione ipsi coacta illius
 iam patet inconuenientia. Adeoque ABEN ESRA ille cogitur
 sensum eorumdem verborum mutare: cum enim antea dixerit:
 מעם דמים כי איש דמים אתה לי כי בעבורך ימות בעלי
 significatus vocis דמים quod vir sanguinum tu mihi es, quia pro-
 pter te morietur maritus meus; adit tamen deinde: חנה אמרה
 בראותה שר החולי ממשא אין אתה חתן דמים שחנה
 ecce dixit, cum vidit illa, quod recesserit morbus a Mose. non tu sponsus
 sanguinum quatenus denotat occisionem, sed tu sponsus confectus
 sanguine circumcisionis; quare alius RABBI dicit: שנהפכו
 דמים האלו לדמי ברית מילה ושמהרה
 sunt sanguines illi in sanguines foederis circumcisionis et laetitiae.

§. II.

2) Alii hanc appellationem ad *Mosen* maritum Zip-
 porae referunt, qui duplici 1) autem modo hic vocari
 potuisset sponsus sanguinum a Zippora: vel animo irato,
 vt RIVETVS vult, quasi diceret: tu cum mihi desponsatus
 es, nunc vt sanguinem filii mei mutere, meumque simul cor-
 vul-

*vulnerare debeam, efficiis; vel animo placato, sicut GLAS-
SIO placet, quasi dicere vellet: tu cum mortem iam subire
debuisses a me nunc liberatus et sicut de nouo desponsatus mihi es,
dum circumcidendo filium meum sanguinem illius pro te profudi.*

Contra quam vero plurimorum sententiam notandum
hic venit: 1) verba et adhibitae voces sic non congruere,
et ita vt debuissent fluere; ex phrasi enim sponsus san-
guinum exculpi numquam legitimo modo potest, saltem
cum facilitate naturali non produci, quod sit vir in de-
sponsatione sua sanguinem alterius caussatus, vel vir ere-
ptus et de nouo conciliatus sanguinis profusione, sed
haec certe prima et naturalis phraseos significatio est:
sanguinis effusione sponsus factus, qualis nec erat Moses, nec
filius etiam Mosis. Vid. Cl. PRAESIDIS *syst. grammaticae
ebraicae* §. CLI. Zippora igitur cum ad mentem istorum
interpretum de marito suo haec dicere voluisset, sic certe
fuisse locuta, vel: propter te sanguines circumcisionis
fluunt, vel: propter hos te retineo cet. Omnis enim
artificii sane expers vxor illa, grauissimis tunc periculis
circumsepta, fuit. 2) Maxime totus horum verborum
nexus obstat, et integra textus dispositio, ac circumstan-
tiarum indoles, vtpote quae priores explicationes non
permittit, nec ex se gignit. In iusto itaque posito suo sin-
gula verba eorumque vim videamus, atque locutionis
sponsi sanguinum genuinum exinde sensum depromamus.
Rite enim probato hoc, reliquae explicationes, vt infir-
miores, per se supprimendae erunt.

- 1) Media quasi est illa ABARBANELIS Iudaei expositio: *מתן מן
העולם ובטל מן העולם sponsus mortuus et deficiens ex hoc mundo:*
quae autem sicut multo minus infert, quam verba sponsus san-
guinum dicere debent et volunt, sic perit ipsa, considerata in-
primis repetitione insecuta, sponsus sanguinum propter circum-
cisiones, vbi non solum mortem non accidere perspexit, verum

etiam plures commemorat circumcisiones, cum tamen hic propter vnam, et quidem potius propter huius vnus intermissionem, mors Mosi impenderet.

§. III.

Prima propositio est: וַיְהִי בַּדֶּרֶךְ בְּמִלּוֹךְ et erat in via in diuersorio: quibus verbis temporis circumstantiae et loci sine dubio indicantur. Moses iam in eo erat, vt in Aegyptum rediret coll. v. 20. 1) lam vero propter ingruentem noctem substitit loco pernoctationis, id quod מִלּוֹךְ a לָוּן pernoctare, denotat. Sed hic certe tam commodum atque paratum non dabatur, quam inter nos, diuersorium, quibus veteres maxima ex parte carebant, vnde saepius in aperto campo iter facientibus pernoctandum erat. *Secunda propositio*: וַיִּפְגַּעֲשׂוּדָהּ יְרֵחָהּ et occurrit ei lehouah. Per lehouam hic sane non potest intelligi angelus quidam nomine lehouae, vt Iudaeorum multi, non exceptis quibusdam Christianorum, et LXX interpretes quoque 2) interpretati sunt, sed potius ipse aeternus Deus, sine dubitatione tamen filius aeternus Dei, foederisque angelus. Verbum vero illud וַיִּפְגַּעֲשׂוּ obuiam venire significat, quo significatu etiam v. 27. occurrit cf. Gen. 32. 18. vbi omnino personam eundo offerentem se exprimit. De morbo itaque *superueniente* 3) occurfus hic intelligi nequit, vtpote cuius nulla plane vestigia in contextu dantur. Omnia vero haec Mosen ipsum tangere satis superque connexio ostendit, idque cum in antecedentibus de Mose ipso sermo fuerit, non de filio 4) Mosi postea nominato, de quo quidam nihilominus occurfus hunc intellectum volunt, ea quidem ratione admodum debili, quod Deus videretur alias nimis grauiter hic in ipsum Mosen, quem tantopere paulo ante honorauerat, egisse.

1) Mirum

- 1) Mirum satis, ex eodem hoc versu RABBINVM quendam CHANEEL apud R. BECHAI deduxit: כי משה לא היה שם במלון *quod Moses non fuerit ibi in diuersorio, qui ergo putat, filium ita correptum fuisse.*
- 2) habent enim ἄγγελος κυεβα angelus Domini, et R. BECHAI: ויפגשוהו השם זהו מלאך ונקרא בשם המיוחד כיון *et occurrit ei nomen (Iehouah) hic angelus et vocatur nomine proprio (Iehouah) propterea quod missus est ad complendum et ad efficiendum beneplacitum Possessoris (Domini) sui Benedicti. Cum quo ABEN ESRA conuenit: מלאך הוא angelus ille est; et Chald. ONKELOS atque IONATHAN: מלאך דיי angelus Iehouae; et versu Arabica: מלאכי אללהי angelus Dei. Contra quos relictus tamen habet AQUIVA Θεός Deus, SYMMACHVS ac THEODOTION ὁ κύριος Dominus.*
- 3) tradunt sic ABEN-ESRA: טעם ויפגשוהו שבא חלי עקב משה מהשם שלא עלה על לבו וזהו ויבקש המיתו אם לא יומל בנו ובעבור שאחזתי רעה לא יוכל הוא למולו *sensus expressionis quod venit morbus super Mosen a Iehouah, quod non adscenderat in cor eius (non opinatus erat) et hoc est המיתו si non circumcideretur filius eius, et propterea quod prebendit illum tremor non potuit ipse circumcidere illum. KIMCHI: מרעה אחר זמן מילת בנו בעבור ויחולו ראינו הררך והיכיתו על ידי החולי videmus Moses Doctor nosse super quo pax sit distulit tempus circumcisionis filii sui propter iter et corripuit illum Deus mediante morbo. Multo minus insinuat se RABBINORVM illud in Schemoth rabba: בא המלאך venit angelus et absorpsit Mosen a capite eius usque ad circumcisonem (locum huius) quod RABBI SALOMO sic habet: במסכת נדרים והיה המלאך נעשה כמין נחש ומלעו מראשו ועד ירכיו וחוזר ויבולעו מרגליו ועד אותו מקום הבינה צורה שבשביל המילד היא in tractatu נדרים, fuit nempe angelus factus secundum speciem serpentis et absorpsit illum a capite eius usque ad femora eius et reuersus quoque absorpsit eum a pedibus usque ad eundem locum: intellexit ergo Zipporah, quod propter circumcisonem illud fieret.*

fiet. Quid vero ad ABARBANELIS dissertationem dicendum? ויפגשוהו ה' רל שבאה הנבואה עליו ולבו ופחשבותיו היו פרוורים בעסקי לינתו ואשתו ובניו ומפני שנמצא בלתי מוכן לקבול השפע ההוא היה עליו הצער והסכנה ההיא ותפעם רוחו וזהו מש ר' יוסי על שנעסק במלון et occurrit ei Iehouab: vult dicere, quod venerit prophetia super illum et cor eius ac cogitationes illius fuerint dispulsae occupationibus pernoctationis suae, et uxoris s. et filiorum s. Et propterea quod inventus est minime paratus ad accipiendum influxum illum euenit ipsi illa angustia et periculum, et concussus est spiritus eius, et hoc est quod R. Iose dixit, inde quod occupatus fuit in diuersorio primum, loco eius quod agendum ipsi fuisset primum in prophetia.

4) sic AVGVSTINO ipsi placuit, et arabica versio ponit ולרחו

filium eius; sicut et R. SAMVEL CHOPNI apud ABEN-ESRAM, qui adicit simul: ולא הזכירו בתחלה כי עוד לא נקרא שמו nec commemorat illum initio quia nondum vocatum est nomen eius; quod certe ineprum est. Contra hos igitur diferte versio syriaca nominat מוסען Mosen; etiam R. BEGHAI: מלת ויהי חזרת למשה והגיד הכתוב כי כשהיה משה בדרך במלון ויפגשוהו יי vox et fuit redit ad Mosen, et indicat scriptura, quod cum fuerit Moses in via in diuersorio et obuiam venerit illi Iehouab; ac R. SALOMO: למשה לפי שלא מל את אליעזר בנו Mosen ratione quod non circumcidisset Elietherem filium suum.

§. IV.

Tertia propositio est: ריבקש המית' et quaesuit interficere illum, quod aperte non indicat Deum decreuisse omnino hoc, sed huiusmodi tantum apparatus fecisse, qui eiusdem rei speciem habuerint. Id quod indicio etiam erit, non morbo superueniente, sed apparenti studio externisque motibus hunc ipsi terrorem iniectum esse a Deo. 1) Cur autem tali extraordinario modo Deus in ipsum Mosen ageret, non poterat valde ignorari. Cum enim itineris

itineris caussa parentes hi differrent circumcissionem, quod contra diuinam regulam strictissime latam grauitur pugna-
re ipsis etiam non incognitum fuit, ex insolita et mi-
nis repleta visione atque apparitione perspicere reatum
suum facillime potuerunt, atque ipsa mulier id optime
intellexit, dum verisimile est, hanc ipsam caussam princi-
palem intermissionis circumcissionis fuisse. *Quarta est:*
וְתָקַף צִפּוֹרָה צֶרֶךְ וְתָכְרַת אֶת-עֶרְלָת בְּנָהּ
et accepit Zippora sili-
cem et amputauit praeputium filii sui. Consuetum circum-
cidendi modum et ritum hic obseruatum non esse descri-
ptio haec indicat satis: cum verisimillimum hic adeo est,
non cultello aliquo lapideo, hunc in finem praeparato,
vt Iudaei quidam volunt atque ad hoc opus requirunt,
Zipporam hic usam fuisse, sed silicem acutum in iplo,
quo degebat, campo arripuisse, quo opus hocce licet
non sine vehementer auctis doloribus peregerit. 2) Ex
quibus autem rebus gestis Zipporae non concluditur iure
Mosen propter morbum non valuisse, sed potius ab an-
gelo obuiam facto seiunctum fuisse a Zippora et ita
conclusum, vt non potuerit non ipsa hocce subire ne-
gotium.

- 1) Hinc igitur felicius quoque potuit detegere Zippora voluntatem
Dei, de circumcidendo filio suo, quam ex superueniente mor-
bo, vnde nec cum ABARBANELE necesse erit, vt dicamus,
dubitasse illam, vtrum intermissio circumcissionis huius, an ab-
ductio vxoris secum in Aegyptum caussa huius periculi esset.
Nec absonum si diceretur, disertis verbis admonitos fuisse de
circumcissione peragenda, quo casu certe non morbo sed appa-
ritione subita Dei, velut iustissimi vindicatoris, hoc factum esse
creditur, qua etiam optime indicari potuit, non vnum quasi
momentum ultra tempus diuinitus definitum circumcissionis ne-
gotium differri debere, etiam defectu viri a muliere necessitatis
caussa peragi posse ac debere.

2) de

2) de צר scribit ABEN-ESRA: דבר דבר צר est *res acuta*, et adfert Ios. 5, 2. Pl. 89, 44. et R. ABARBANEL: הויה שן סלע חותך שנזרמן לירדה מפני שלא היה לה מאכלה ואל תער השכירה *hoc est pars saxi secans, quae parata est manus eius ratione quod non fuerit illi culter nec nouacula conducta*. Quod silice autem peragi possit tale opus, nemo fere negabit, cum etiam Iudaei ipsi alias eiusmodi quid adhibeant in circumfisione, secundum MATMONIDEM Rabbinum: בבל מלין ואפילו בציר וזכוכית ובכל דבר שכורה ולא ימור בקרומית של קנה מפני הסכנה *omni instrumento circumcidentes sunt, adeoque silice, et vitro, et omni re quae amputat, non tamen circumciditur fragmento arundinis ratione periculi*. Sic Chaldaei מִיִּבְרָא lapidem adhibent. Quod vero difficulter peractum ibi sit, videntur verba ipsa adhibita satis declarare: et accepit Zippora silicem et amputauit praeputium filii sui, pro quibus alias positum fuisset, et circumcidit Zippora filium suum. Et inde quoque factum esse, vere concludimus, rediisse tunc Zipporam cum duobus filiis domum.

§. V.

Quinta propositio est: ותגע לרגליו *et tangere fecit*, i. e. *obiecit pedibus eius*. Ad filium haec verba non possunt referri, 1) dum non aderat ratio, cur abscissum praeputium cum tanta grauitate et cura illi adiceret, cum tamquam reijciendum potius tollendum ab ipso fuisset. Sed nec ad Mosen referenda melius sunt: lehouah enim hic persona principalis deprehenditur, Mosis vero mentio in proxime antecedentibus facta non est, veritati hinc omnino consentaneum magis videtur, hac praeputii abscissione Zipporam lehouae apparenti obedientiam praestare, atque ipsum placare studuisse, ita vt proxime adstanti ipsamque a marito seiungenti lehouae tamquam *λυτρον* aliquod ad illum mitigandum maritumque sic liberandum obiecerit

DE SPONSO SANGVINVM.

obiecerit illud. *Sexta:* וְהָאֵלֹהִים בִּי חֵתָן דְּמַיִם אֶתָּה לִי *et dixit, sic sponsus sanguinum tu mihi es.* Ad illum pariter haec, 2) cui praeputium antea obiecerat, Iehouam verba directa sunt. Vox בִּי rei assertionem grauem seueramque indicat. וְהָאֵלֹהִים בִּי חֵתָן דְּמַיִם *sponsus sanguinum planissime sanguinis profusione desponsatum* 1. *artissime et amicissime coniunctum* significat; qualis praeter Iehouam, angelum foederis, nullus existeret vniquam potest. Nec pronomen אֶתָּה *tu* sine emphasi expressum adest; personam enim hic iam notatu dignissimam grauissimamque, et ad quam maxime negotio hoc aduertere seque illi commendare debeat, exprimit. Vox לִי *mibi* non minore gaudet pondere, denotans sibi in gaudium, emolumentum fiduciamque illum esse conciliatum et arcto nunc vinculo nexum.

1) Immerito verbum וְהָאֵלֹהִים redditur *et tetigit*, sicut C. SANGTIVS

explicat et per pedes eius membrum circumcisionis intelligit; et LYRANVS qui sanguinem tetigisse pedes exponit: est enim in Hiphil, adeoque *curam s. studiosam tangendi procuracionem* significat. Vid. PRAES. Cl. Gramm. ebr. §. LXXXVI. Contra de Mose intelligunt ABARBANEL, KIMCHI, ABEN-ESRA et R. SALOMO, qui scripsit: וְהָאֵלֹהִים בִּי חֵתָן דְּמַיִם אֶתָּה לִי *abiecit illud coram pedibus eius, nimirum Mosis.* At optime consentit Chaldaeus interpres IONATHAN: וְהָאֵלֹהִים בִּי חֵתָן דְּמַיִם אֶתָּה לִי *ad pedes eius angeli perditoris, et HIERSOLYMITANVS:*

וְהָאֵלֹהִים בִּי חֵתָן דְּמַיִם אֶתָּה לִי coram pedibus illius perditoris, quo sensu etiam interpretes Graeci reddiderunt: καὶ προσέπεσε πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ et accidit ad pedes illius. Nec quidquam veritati magis respondet quam hoc. Praesentissima enim cura illius certo ad maritum a Iehoua perdituro illum liberandum, vnde actiones eius ad hunc reconciliandum vnice tendebant. Immo si ad Mosen respexisset *et crudelem illum appellare ac seuerum tum ingens illius periculum, quo a Iehoua iam circumseptus erat, tum praesentia ipsius grauissimi Dei vetabat: et desponsatum sibi*

B

iam

iam statim rursus celebrare illum vetabat, periculi praesentia Iehoua adhuc insistente, animique conturbatio terrore quam maxime imbuti et perculsi.

2) Exinde quod interpretes personas varias et semper diuersas hic spectauerunt, et proxime cohaerentia separarunt nimis: enata maxime est difficultas in interpretandis vocibus, Sponsus sanguinum tu mihi es! quae mire augetur nimis remotis explicationibus et dilucidationibus horum verborum, etiam variis et alienis expositionibus combinatis. ONKELOS *Chaldaice* דַּמְתָּ דְּמַחֲוֹתָּ לְכַנָּה

הַדִּין אֲתִיבָהּ הַתָּמָּ לְכַנָּה *sanguine circumcissionis isto exhibitus*

sponsus nobis est, quod bene, dummodo non deinde positum esset: אִילּוּי דְּמַחֲוֹתָּ דְּהַדִּין אֲתִיבָהּ הַתָּמָּ קָטוּל נִיִּף *sanguis circumcissionis isto, reus factus esset sponsus mortis s. occisionis. IONATHAN* vero alter *Chaldaeus* interpres: הַתָּמָּ

בְּמָה לְמַגְזֹר וְחַמּוּי עֵיבִיב עָלוּי וְכַדִּין אֲדָם גְּזֹרְתָּ דְּהַדִּין הַתָּמָּ יִכְפָּרְעֵל *sponsus quaesuit circumcidere, sed socer eius in-*

hibuit illum et ita sanguis circumcissionis iste expiabit super sponso, et deinde: אֲדָם חִבִּיבָהּ מַה וְאִמְרָת מַה חִבִּיבָהּ אֲדָם

גְּזֹרְתָּ דְּהַדִּין דְּשִׁיבִיב יָת הַתָּמָּ מִן יְדוּי דְּמִלְאָךְ חִבְלָךְ

itaque laudauit Zippora et dixit, quam dilectus ille sanguis circumcissionis est, qui eripuit sponsum ex manibus angeli perditoris.

§. VI.

*Septima propositio est: וַיִּרְף מִסִּי וַיִּרְף מִסִּי et desisti ab illo, vbi aperte de Iehoua, qui aggressus erat Mosen, sermo est), cui in complacentiam s. conciliationem obiecerat praeputium. Hicce iam placans a Mose, cessante ira, se auertit. Octaua: אֲנִי אֲמַרָה חַתָּן דְּמִים לְמַחֲוֹתָּ *tunc dixit, sponsus sanguinum ad circumcisiones; grauissima sane haec propositio est, אֲנִי אֲמַרָה חַתָּן דְּמִים לְמַחֲוֹתָּ tunc dixit, sc. cum desisteret ille, et remissior fieret; iniequens ergo dictio euentissime ad pla-**

placandum, et placatum quoque Iehouam se refert, nisi velimus omnia aliorum flectere. Nec sufficiens ratio, *cur repetisset verba* sponsus sanguinum, posset reddi: si vel infantem modo respicerent, et si circumcisorum filiorum consueta ac vsitata fuisset appellatio; vel etiam Mosen respicerent, et Mosis libertatem ab Angelo Eminentissimo iam satis superque declaratam patefactamque indicare adhuc deberent. Nec dici porro adaequate posset, quare addita esset vox, *quoad circumcisiones*, dum si infantis causa pronunciata essent verba, et singularis tantum, ob circumcisionem, adesset hic numerus, et superfluum omnino esset, commemorare circumcisiones, si consueta fuisset locutio, propter circumcisionem infantem sponsum vocare; Mosis vero causa si pronunciatio facta esset, vna tantum similiter circumcisio nominanda omnino fuisset, et praeterea quoque circumcisionis mentio nullo pondere esset. Ad Iehouam e contrario si verba pertinent, 1) videmus, *cur* illa post eius discessum *repetat* mulier, *tum* ad postclamandum quasi illi, s. concomitandum illum ipsius discessum fiduciae plena sua acclamatione, et inuocatione, *tum* ad declarandam magis et confirmandam Mosis et filio suo primogenito mentem suam in expressione ponderosissima huius veritatis tam salutaris non sibi solum, sed omnibus etiam circumcisis in posterum hominibus semper significandae. 2) Cur non verba *הוּא הוּא* *tu mihi es*, etiam sint repetita, quod debuisset merito fieri, et non iniuste factum fuisset, si de infante aut marito ea dixisset: sc. quia Iehouah discedente eadem dixit, et habenda ideo sunt, vt exclamatio emphatice facta. 3) Cur additum sit, *quoad circumcisiones*, 2) *tum* vt indicaret, propter quid illa ipsum sanguinis sponsum vocaret, non tam propter tentatam interfectionem, quam desideratam potius circumcisionem, *tum* quoque vt indicaret, hoc no-

men non tantum ad circumcissionem hancee, sed ad totum de circumcissionibus in genere praeceptum respicere.

1) Chald. ONKELOS habet וְכַח וְקִיעִית, IONATHAN: וְפֶסֶק מְלֵאךְ

וְהַבְּלִיָּה et destitit angelus perditor, HIEROSOLYMITANVS:

הַמְּלֵאךְ אֲרֵפִי מַחְבֵּלָה remissus factus est perdens, R. SALOMO: הַמְּלֵאךְ

angelus, quem ille intelligit, et sic R. BECHAI, qui citat 1 Chr.

21 15. ABARBANEL vero alienius: רַל הַמֵּוֹת וְעֵבֶר הַעֲלוּףִי

vult dicere mors illa, et transit deliquium illud

a Mose; cum quo ARAMA: כְּשֵׁרַתָּה שְׂרַפְתָּה מִמֶּנִּי הַסִּכְנָה

cum videret, quod remitteretur ab illo periculum et angustia.

Ast mirum, quando docti de Zippora intelligunt, quae tunc discesserit a Mose, quia Grammatica docet, verbum וַיֵּרָא

masculinum esse.

2) Hinc veniunt, praeterita obseruatione illa, tot illegitimae explicationes numeri pluralis in לְמִוְלוֹת Ludit ABEN-ESRA:

בְּלִשׁוֹן רַבִּים כַּעֲבוּר דְּמִים est ad formam plurium,

propter sanguines in plurali. Somniat R. MOSES ALSCHECH

cum BECHAI: הוּא בְּשִׁבּוּל הַשְּׁתֵּי בָּתָן עַל מִלָּה בֵּין עַל

הַפְּרִיעָה hoc est propter duas sc. circumcissionis partes, dum distinguendum est inter circumcissionem ipsam, et inter denudationem.

Debuisse addere eius loco: inter nudas nugas. locus ABARBANAEIS est: inter וְדַעָה הָאֵם

בלשון רבים לפי שלא ידעה האם

נתחייב מיתה בעבור שלא מל הילד במדון קודם בואו

in numero plurali, ratio. quia non nouit, num reus factus sit propterea quod non circumciderit puerum in Midian, ante aduentum eius, aut propterea quod non circumciderit illum ibi in diuersorio. Quod tandem

R. LEVI b. G. adfert, nomen hoc in plurali idem significare, quod in singulari, non potest defendi versione Syri

עַל רַבֵּר ob circumcissionem, et R. SALOMONIS expositione: עַל רַבֵּר

עַל הַמִּלָּה super verbum, i. e. ratione circumcissionis: non enim sine

virgente ratione numerus sing et plur. confundendus est. Vid.

Gramm. Cel. PRAESID. §. CXLV.

§. VII.

Dum igitur hoc modo euictum est, appellationem sponsi sanguinum ad lehouam et quidem angelum foederis supremum omnium rerum gubernatorem pertinere, ipsa huius appellationis vis paucis eruenda adhuc est. Radix התן congruit cum תתן *cludere*, in specie sigillo s. *obsignare*; hinc generalis notio illi competere videtur, qua aliquid firmiter et solemniter concludere, in specie sponsalibus personas arte sancteque coniungendas significat. Ergo התן sponsus vocandus erat lehouah, altera deitatis persona, propter concludendum firmandumque cum genere humano foedus. Continetur itaque, si generaliter et philologice spectatur, hoc nomine tum incarnatio illius, tum intima cum hominibus coniunctio perficienda. Adiectum רמים sanguinum, dum ad circumcisiones se referre debet, interpretante Zippora, indicio esse potest. primo: foedus cum Deo iniri in circumcissione ipsique talem circumcissum iungi arctissime, secundo: ipsum Dei filium incarnatum circumcissum iri, sanguinisque sui profusione redemurum esse homines omnes et singulos. Quod ad Zipporam illiusque in hac re cognitionem interea attinet, dubitari prorsus non potest, quin egregiam Dei Redemptorisque notitiam habuerit, si considerationi tantum submittere velimus, et ipsam ex familia patris sui lechronis, pii et religiosi viri, immo sacerdotis cultum Dei verum in populo suo dirigentis, cognitionem hanc accepisse, vbi in primis circumcissionis lex summi fuit momenti, et Mosem maritum ipsius excellentissima praeditum scientia diuina, tantum iam temporis in Midiane versatum satis iam in veri Dei praeceptis et cultu recto illam instruere debuisset.

Cum enim perpenditur, eam e familia Abrahami fuisse, in qua tot promissiones diuinae de Messia, Abrahami semine, in quo omnes familiae terrae benedictionem acciperent, exsisterent, ipsumque

Mosen tam praeclare de Deo sciuisse et sensisse, nullum relinquitur hac in re dubium, simul cogitantibus, lobum illis temporibus, si non ante illa iam, viuentem, de Messia Goele suo simili ratione locutum esse, cum in afflictione erigere se veller, ac tueri contra Deum ipsi iratum visum. Et quid veritati similis esse posset, quam quod ipsa ex fatis et sermonibus lobi piissimi ducis inter alienas gentes multum hauserit, regione Midianitica non adeo longe a lobi terra remota, sicut etiam sunt multi, qui putant, Mosen in hoc tempore ipsum illum librum lobi conscripsisse. Conf. interea Celeb. PRAES. *dissertat. de Messia in lobo.*

§. VIII.

Dissertationis altera pars occupabitur loco Exod. XVII. 15. 16. vbi narratur, post deuictos Amalekitas Mosen extruxisse altare, cui nomen יְרוּחַ גִּבְרִי יְהוָה IEHOVAH VEXILLVM MEVM, imposterit, adstructa ratione, sc. *quia manus super throno Dei, כִּי יָד עַל כִּסֵּי יְהוָה, bellum esse futurum lebouae contra Amalek, idque a generatione ad generationem.* Indagandum autem hic maxime venit, quid sit, MANVS SVPER THRONO DEI: de quo tres commemorabimus sententias; subiectum enim his versibus triplex datur, vel *Amalek*, vel *Moses*, vel *Deus*. Sunt igitur quidam 1) qui ad Amalekitas manum hanc referunt, quasi sensus hic esset: *quia Amalekitarum manus contra Dei thronum erecta erat, dum aduersus eius populum se extulerunt, inde decreuit lebouah pugnare aduersus illos nunc et in futurum.* Contra quod notandum, 1) Amalekitas hic subiectum remotissimum esse, adeoque nec conuenientissime ad illos manum hanc referri; 2) quod tunc omnino suffixum voci יָד additum fuisset, ex quo intelligatur, Amalekitas esse putandos; 3) quod sic verba omnino obscure posita essent, manus super thronum Dei, si dici deberet, extulit se contra populum Dei. Alii 2) putant.

יָד

יד manum, ad Moſen potius referendum eſſe, vt ſenſus
 verborum eſſet: *dum manus meae ad thronum Dei erectae
 erant, Deus pugnavit contra Amalekitas*, ſed hic perpenden-
 dum ſane, 1) omnino Moſes tunc dixiſſet, manus mea
 vel meae, ad ſignificandum ſe non alium intelligendum
 hic eſſe; 2) rectius hoc modo pro על ſuper, ſtaret אל ad,
 verſus, quia manus Moſis non ſuper ſed verſus Dei thro-
 num ſ. caelum erant extenſae; 3) tunc ſi ad iſtud tantum fa-
 ctum reſpiceretur, ſic verba potius in ſequentibus lege-
 rentur: *יְהוָה נִלְחַם בְּקָרְחָם* pugnavit Deus et. quam bellum Do-
 mino, quod plus adhuc praeterito illo actu inuoluit, et
 in primis futurum reſpicit cf. v. 14. 3) Alii tandem ad
 ipſum Deum referunt hoc quidem ſenſu: *quia manus Dei
 ſuper throno Dei elata eſt et. i. e. iuravit Deus apud ſe*. Sed
 contra id ipſum non immerito obſervamus, 1) quod ver-
 ba potius tum legenda eſſent: dum manus Dei ſuper thro-
 no ipſius; 2) quod ita non verbum, ſine quo nomen in-
 telligi nequit, omitti potuiſſet 1); 3) quod etiam phraſis,
 manus elata eſt, non ſtatim iuramentum indicet, niſi
 circumſtantiae id ſatis probent; hic vero Moſes rationem
 Deum mouentem, vt contextus probat, potius inculca-
 re voluit, cur tueri populum ſuum aduerſus Amalek ſic
 vellet, quam ipſum decretum Dei ad hoc peragendum,
 utpote quod v. 14. iam ſatis indicatum fuit. Adeoque ſi
 iuramentum notare amplius Moſes voluiſſet, dixiſſet quo-
 que יְהוָה נִשְׁבַּע iuravit Deus et.

- 1) Sicut legitur Deut. 32, 40. אֲשֶׁר אֵל שָׁמַיִם יָדָי *tollam ad cae-*
lum manum meam. Opinio haec interim legitur apud Chaldaeos,
 vt ONKELOSVM: בְּשִׁבְתָּהּ אֲמִירָה דָּא מִן קָרָם דְּתִילָא
 יְהוָה נִשְׁבַּע יְהוָה *iuramento editum hoc eſt a reue-*

rendo

rendo Deo super throno gloriae suae; IONATHANEM: אֲרוֹחַ קֶסֶם מִיִּמְרָא דֵי בְּכֹרְסֵי יְקָרְיָה דְּהוֹנָת בְּמִימְרֵיהּ יִגִּית קֶרְבָּא בְּדַבִּית עֲמֶלֶק nam constituit verbum Dei in throno gloriae suae, quod verbo suo gereret bellum contra domum Amalek; et apud R. SALOMONEM: דָּוִד שָׁלַח הַקְּבָרָה הַזֶּה לְיִשְׁבַע בְּכֶסֶף לְהַחִיית לֹו מִלְחָמָה וְאַיְבָה בְּעַמֶּלֶק עוֹלְמִית manus nimirum Dei Benedicti elata est ad iurandum in throno suo, ut sit ipsi bellum et inimicitia contra Amalek in aeternum.

§. IX.

Sententiam itaque nostram vt subiungamus breuiter, necesse est, verbis adhibitis a Mose, et contextui forte conuenientiore. Sequentia hunc in finem annotanda sunt. I. *Moses erexit altare v. 15. ex lapidibus verisimillime ibi repertis, et quidem ad pugnae memorabilis memoriam; quod hac ratione יְהוָה נָסִי lehouah vexillum meum* vocauit. Hinc qui concludunt, nomen illud lehouah inanimatis quoque rebus competere, ludibrio certe eua-
dent. Ipse iudaicus interpret R. SALOMO hos sic animad-
vertens refutat: non proprie altare vocatum est lehouah, sed indicabat, quod recordaturus hoc nomen, recorda-
retur quoque auxilii et vexilli, quod Deus dederit, i. e. ipsius Dei. Vox נָסִי est ex נָס *vexillum erectum*, a נָס *extulit in altum; suffixum sing. (י) meum*, fiduciam credentis cuiusuis in hunc lehouam innuit, vtpote qui Israe-
litarum vniciuique gloriosissime semet ipsum manifestauerat. Diuinitatis autem secunda persona inprimis hic sine dubio est, quae nimirum Israeliticum populum ducebat. Fide in hunc duces Moses erectis ad ipsum manibus victoriam populo Israelitico miraculose conciliabat. Hic idem est, de quo *Dauid Pl. LX. 6. נָתַתָּה לְיִרְאֵיֶךָ נָס לְהָתָּה dedisti timentibus tuis vexillum ad erigendum se maxime ac*

stabi-

*stabilendum, et de quo Simeon Luc. II. 34. ἔτος νέται εἰς σι-
 μείον ἀντιλεγόμενον hic iacet in signum, cui contradicitur. 3)*
 II. Iam pergit *Moses v. 16. in emphatica hac appellatione
 explicanda, et propterea infert: כִּי יָד עַל כֶּסֶף יְהוָה quoniam
 f. dum manus super throno Dei, vbi notandum venit, a) quia
 nomen יָד manus solum ponitur, optime quoque et meri-
 to absolute sumendum est, et quid clarius est, quam respi-
 ei hoc vocabulo ad signum illud erectum כֶּסֶף f. lehouah
 ipsum, Ductorem populi et victorem hostium. Vox itaque
 יָד a יָדָה *extendit, in genere extensum aliquod, vt manus
 quae extenditur indicat. Ergo quoque signum erectum et ex-
 tensum notat, vt ex Ez. 21, 17. apertum est, vbi יָד signum
 est, quod tamquam dux viae erigitur. Sic etiam hic lehouah
 dux Israelis optime vocatur. 4) Velut scepro enim et prae-
 sentiae suae signo in columna illa nubis f. erecta nube du-
 cebat hic populum, et non solum viam monstravit, sed
 et eripuit ac liberauit illum. Dicitur hinc Israel exiisse
 בְּיַד רַמְתָּה Ex. XIV. 8. in manu alta, unter hoher Hand, quae
 ipse filius Dei, dux populi est, vtpote virtus Dei essentialis
 et omnipotens Imperator. b) Nunc optime quidem
 fluit praedicatum יָד עַל כֶּסֶף est super throno Dei, et haec est
 eius, qui apud Deum ab initio fuit, loh. I. 1. et qui deinde
 ἐν δεξιᾷ τοῦ θεοῦ τῆς μεγαλωσύνης ἐν τοῖς ἄβραοῖς Ebr. VIII. 1.
 in dextra throni maiestatis in caelis confedit, manifesta de-
 scriptio f. filii Dei et hominis. Vox כֶּסֶף idem infert, ac
 כֶּסֶף vel כֶּסֶף a כֶּסֶף obtexit, thronum superne tectum et conte-
 gentem quoque denotans. Nomen vero יָד non ex יָדָה de-
 curratum venit, 5) quales in nominibus diuinis abbreviaturae
 improbandae sunt, sed potius deriuatur ex יָדָה vel יָדָה**

G

com:

conuenienter exstitit, bene congruit, et hinc ens verissimum, cui omnia conuenientissime et perfectissime insunt, ac conueniunt, quae cogitari modo simul s. coexistere possunt, s. τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν, Ioh. 17, 3. *solum verum Deum* indicat. Conf. S. V. BAUMGARTEN, Theologi atque Interpretis summi, Praeceptoris nostri, theses theologicas p. 11. III. Dum itaque propter hunc supra thronum diuinum eleuatum Dominum, illiusque intercessionem ac manus interpositionem, bellum contra Amalek לַיְהוָה Domino sc. fixum et perpetuum manet, et inde quod ad dextram Dei semper est ac sedet, hostes ad pedes illius abijciendi sunt: confirmatur hoc addito: מִדֹּר דָּר *a generatione ad generationem*, quod separatam ibi propositionem efficit, quae praecedentia verba illustrat, et idem est, ac si diceretur: semper sc. haec manent, videlicet *et* manus super throno Dei s. Mediator, *et* bellum contra hostes populi Dei, qui hic Amalekitis satis clare praemonstrati sunt, quod eo magis patefcet, si cum cura perlegatur tota haec sectio a v. 8. vsque ad finem.

- 1) Ita scribit: הַקָּבֵה עָשָׂה לָנוּ כַּאֲשֶׁר לֹא שֶׁהַמִּזְבֵּחַ קָרוּי אֵל אֱלֹהֵי הַמִּזְבֵּיחַ שְׁמוֹ שֶׁל מִזְבֵּחַ זֹכֵר אֵת הַנֶּס שֶׁעָשָׂה אֱלֹהֵי הַמָּקוֹם ה' הוּא נֶס שֶׁלָּנוּ *Deus fecit nobis sic vexillum, non quod altare vocatum sit Iebouab, sed commemorans nomen illius altaris recodetur vexillum. quod fecit Deus ipse, hic vexillum est, quod nobis.* Vnde ONKELOS explicat: וַפְּלֶה עֲלוֹהֵי קָדְשׁ יי *et cultum Dei fecit super illo coram Iebouab, qui fecit illi signa et miracula.*
- 2) atque sic IONATHAN interpretatus est: מִיִּמְרָא דֵיִי *verbum Dei.*
- 3) Sicut quidam milites vexillum libenter accipiunt, quidam contrario animo. Ita Messias diferte עֶמֶד לִנֶּס עֲמִים *erectus stans in vexillum populorum* vocatur Ies. XI. 10. sicut vero Simeon crucem

cem Christi inprimis spectavit, coll. v. 34. c. 2 Luc. qua erectus et expansus publice visus est, ita dubio caret, Mosen erectis suis manibus ambabus vsque ad occasum solis duobus ex latere ipsius stantibus hostes ad vincendos populumque deprecationibus seruandum, Christum pari modo in cruce se gerentem praefigurare debuisse, atque sic nec emphasi caret, quod dictum sit de Mose sub hac figura: **וַיְהִי יָדָיו אֲמֹתָהּ** et erat, manus eius quod essent *fides*, et *proprie firmitas*, i. e. firmissimae, sed non facile exclusa ipsa fide; vnde ONKELOS vertit: **פְּרִישָׁן בְּעָלֵי פְּרִישָׁן פְּרִימְנָתָהּ בְּעָלֵי** *expansae in oratione*, et IONATHAN: **פְּרִישָׁן פְּרִימְנָתָהּ בְּעָלֵי יְצוּמָה** *extensae in fide et firmitate in precibus et ieiunio.*

- 4) Nomen istud, si vindicaretur Dei filio, omnino eandem vim gerit, quam si vexillum vocatur, immo plura secum fert, figurate enim respiceret *vim diuinam*, quae manu saepius in sacris effertur, et quae filius Dei secundum scripturam sacram, omnino existit, Luc. 1, 35. 1 Cor. 1, 24. propter necessariam ex Deo et cum eodem simul possessam existentiam per generationem, quorsum tendit Prou. VIII 22. *Iehouab possedit me principium viae suae*, i. e. *per me omne fecit simul*, et v. 30. *sui penes illum in sinu gestatus*, i. e. *intime cum illo vnitus*, sicut et hinc per **יְרֵיחַ יְהוָה** *brachium Dei* Ies. 53, 1. non inique ipse Messias intelligitur, dum v. 2. statim subiectum Messiae ex versu praecedenti sumitur, cui etiam optime conuenit descriptio v. 1. quod admodum pauci, ipsum agnoscerent, cum certum sit, solam potentiam, quae etiam brachio Dei intelligi posset, a permultis et plurimis in Iesu propter illius miracula etiam cognitam et perspectam fuisse; et descriptio, quod perfecit Deus **אֱדָרוֹס עַבְדּוֹ בְּרַחְוֵי אֵיזֵר** *potentiam in brachio suo*, vbi potentia et magnae res non obscure a brachio ipso distinguuntur; et sic appellatio manus vel brachii Dei non minus potentiam Dei excluderet, quam ea *verbi Dei* appellatio excludit potentiam et operationes Dei Pl. 33, 6. Pariter cum in litteris ebraicis manus *cum* adhibeatur pro *communione*, dum cum altero ponitur Ex. 23, 1.

tum ad significandam inprimis intercessionem, dum alteri infigitur Prou. 6, 1, 3, *tum* ad solatium indicandum, dum apprehendimur illa Ies. 8, 11. enascetur hinc triplex adhuc significatio huius appellationis, quod sit *mediator noster*, ad quem solum teneamus, quod sit *sponsor* pro nobis se interponens, quod sit *solatium vnicum* eorum, qui fide eundem apprehendunt.

- s) R. SALOMO rationem harum formarum indagans ita commentatur: ומדו כס ולא נאמר כס ואף השם נחלק לחציו נשבע הקב"ה שאין שמו שלם ואין כסו שלם עד שימחה שמו של עמלק כלו וכשימחה שמו יהיה השם כסו, *etiam nomen ipsius integrum esset, nec thronus ipsius integer, donec deletum esset nomen Amalekitae, et postquam deletum fuerit nomen eius, foret nomen suum integrum, et thronus integer ac completus.* Quod reiectaneum est, cum dicere potius possemus formas breuissimas כס et יהי hic adhibitas esse, ad sententiam

eiusmodi ponderis breuius eoque melius concipiendam, peculiaritatemque horum verborum quodammodo exhibendam. Cae-terum, tres personas in diuinitate subsistentes hinc verbis subindicari, nobis annotandum est. Primum commemoratur v. 15. יהוה *vexillum manusque Dei altissimi*: secundo v. 16. יהוה *Deus verissimus*, cui thronus est: et deinde יהוה *bellicosissime acturus* in hostes, vsque ad mundi

F I N E M.



94 A 73 62

ULB Halle 3
001 840 606



56.







n

SPONSVS SANGVINVM

AD EX. IV. 24. 25. 26.

ET

MANVS SVPER THRONO DEI

AD EX. XVII. 15. 16.

PHILOGICE CONSIDERANTVR

ET

P R A E S I D E

VIRO PRAECELLENTISSIMO AMPLISSIMO ATQVE
DOCTISSIMO

DN. CHRISTIANO GODOFREDO HASE

PHILOSOPHIAE LIBERARVMQVE ARTIVM MAGISTRO
CLARISSIMO AMPLISSIMAE FACVLTATIS PHILOSOPHICAE
ADIVNCTO MERITISSIMO

PRAECEPTORE AC FAVTORE OMNI HONORIS CVLTV
PROSEQVENDO

IN REGIA FRIDERICIANA

AD D. XXIX. MARTII CIOIDCCCLIII.

PVBELICE DEFENDENTVR

AB

AVCTORE RESPONDENTE

IOHANNE SCHIVING

S. S. THEOL. CVLT.

EMBDENA - FRISIO.

HALAE MAGDEBVRGICAE
TYPIS IOANNIS FRIDERICI GRVNERTI